

S. Pontifex ex vi coactiva a legibus humanis positivis non devincitur ad poenam incurrendam in ipsis statutam.

Idcirco poenam censurae aut irregularitatis non incurrit; sed ex vi directiva ad evitandam culpam iustas leges servare et ipse tenetur, quia quod quisque iuris statuit in alterum, ipse eodem uti debet: nam licet nemo a se ipso cogatur, tamen a se ipso quisque dirigitur et obligatur ad bonum sequendum et malum vitandum.

Ex primatu iurisdictionis Romani Pontificis sequitur

S. Pontificem posse in omni iure ecclesiastico ex iusta causa dispensare: quia regula est, legislatorem, vel eius successorem, in sua lege vel in lege antecessoris sui dispensare posse; eius est solvere cuius est ligare. Innocentii III sententia est: *Qui secundum plenitudinem potestatis de iure possumus supra ius dispensare.*

S. Pontifex in iure divino absolute et de se omnes obligante dispensare non potest.

Quia non lex superioris per inferiorem tolli potest, quam hic nedum aliis observandam, sed sibi custodiendam debet proponere et usque ad animam et sanguinem confirmare.

S. Pontifex leges divinas potest interpretari et declarare debet.

Aliter Ecclesiam rite gubernare, ovesque Christi per vias iustitiae et veritatis deducere nequiret.

Ex Primatu iurisdictionis Romani Pontificis sequitur

S. Pontificem esse supremum iudicem universae Ecclesiae in omnibus causis fidei et morum, ad quem sunt deferendae omnes gravioris momenti quaestiones, et omnes ex toto orbe appellationes, historia omnium saeculorum teste.

Iudicium Romani Pontificis absolutissimum est.

A quo non admittitur appellatio ad Christum, quae haeresim videtur sapere, quasi Pontifex Christi non esset Vicarius et cum eo non haberet in terris idem tribunal.

A S. Pontifice non admittitur appellatio ad Concilium Oecumenicum.

Quia appellatio a Pontifice Romano ad Concilium Oecumenicum in Bulla Coenae, sub poena reservati anathematis est proscripita. Unde iudicio S. Pontificis circa fidem et mores omnes fideles adhaerere debent.

Sequitur ex Primatu

S. Pontificem habere potestatem ferendi leges in rebus ecclesiasticis, obligantes omnes fideles in qualibet mundi parte existentes, iam latas abrogandi, vel secundum iustitiam temperandi.

Ex iurisdictionis

S. Pontificem habere auctoritatem et iurisdictionem

nem supra omnes Episcopos et Patriarchas ita ut ad ipsum spectet dioeceses erigere, earum fines statuere, Episcopos creare, ordinariam vel etiam extraordinariam iurisdictionem augere, a semita iustitiae aberrantes ad officium revocare, inobedientes punire et, si opus fuerit, deponere; nam ipsi a Christo commissa est cura omnium pastorum et ovium.

Primatu sequitur

Pontifex enim solus Concilium generale indicit, novos ordines probat et iam probatos quandoque supprimit: Missale et Breviarium recitandum clericis proponit, indulgentias plenarias concedit et insignes pietate viros in Beatorum vel Sanctorum numero adscribit; reservata vel cetera quae per alium expediri non possunt, ipse solus expedit.

Plura sunt capita potestatum, quae per solum S. Pontificem explicantur.

Cum iuris positivi dispositionem retinet, ut in iure dispenset, vel ipsum auferat ius.

S. Pontifex utitur potestate ordinaria

Arbitrii plenitudo nulli necessitati subiecta nullisque iuris publici regulis limitata.

Plenitudo potestatis est

Nisi indat clausulam: *non obstantibus Constitutionibus Apostolicis; vel de Apostolicae Sedis plenitudine.*

Pontifex non praesumitur uti plenitudine potestatis,

Cardinalium concilium solet adhibere, sub hac formula: *De Fratrum nostrorum consilio; vel: Habita cum Fratribus nostris et sancto concilio deliberatione,* hoc ex decentia non ex necessitate fit.

S. Pontifex in gravioribus definiendis, ut cautissime procedat

Eligitur a Cardinalibus et electus in Pontificatu manet usque ad mortem, nisi se ab eodem dimittat, ut S. Coelestinus V fecit, maximae humilitatis exemplum.

S. Pontifex iure novo

De Cardinalibus.

A cardinibus, quatenus sunt clerici alicui ecclesiae affixi et perpetuo destinati, ut instar cardinum, super quos valvae moventur Ecclesiae, sint stabiles, immobiles, ipsamque Ecclesiam regant.

Cardinales vocati

Nam a primis Ecclesiae saeculis Pontifices habuerunt Presbyterium, vel Senatum ex Presbyteris et

Ecclesia Romana caeterarum ma-

ter et magistra
primum habuit
Cardinales cle-
ricos.

Diaconis compositum. Sequentibus temporibus acces-
serunt sex Episcopi Romae viciniore et factus est
integer ordo Cardinalium ex Episcopis, Presbyteris,
et Diaconis.

Sanctae Romanae
Ecclesiae Cardi-
nales a solo Pon-
tificae creari
queunt.

Qui quantum commode fieri potest, ex omnibus
Christianitatis nationibus idoneos et lectissimos viros
assumere debet.

Cardinales idonei
habentur illi

Qui inter clericos iis praecellunt qualitatibus, quae
pro Episcoporum institutione sunt a sacris canonibus
praescriptae.

Cardinales prae-
cedentiam su-
pra Episcopos
habent.

Eugenius IV Cardinales caeteros omnes in Ecclesia
post S. Pontificem honore et dignitate praecellere
definivit, nam Papae coadiutores et collaterales sunt.
D. Bernardus ad Eugenium III: « Veniamus ad col-
laterales et adiutores tuos: hi seduli tui, hi intimi
tui, eligendi de toto orbe, orbem iudicaturi ». Ex Tri-
dentino Cardinales tamquam Papae consilarii eius
Senatum constituunt, quibus innititur universalis Ec-
clesiae administratio.

Cardinales pluri-
bus privilegiis
condecorati fue-
runt.

Ut eligendi sibi confessarium, utendi altari por-
tatili ac fruendi rubro panno, rubro galero et titulo
Eminentissimorum.

Cardinalium mu-
nus praecipue
versatur

In adiuuando S. Pontifice in regimine universalis
Ecclesiae, in regenda Ecclesia suo viduata Pastore,
in eligendo novo Pontifice, in regendis Sacris Con-
gregationibus, quibus addicti, et in administrandis
Ecclesiis, quibus sunt incardinati.

S. Pontificem adiu-
vant Cardinales.

Praesertim in Consistorio, quo nomine intelligitur
Cardinalium consessus, cui S. Pontifex praest.

Consistorium di-
ctum est

Quia simul consistit Papa cum Cardinalibus.

Consistorio ordi-
nario seu se-
creto

Intersunt tantum Cardinales.

Consistorio extra-
ordinario

Praeter Cardinales assistunt alii Praelati, et mi-
nistri, quod est publicum et magis solemne.

In Consistoriis

Graviores Ecclesiae causae tractantur et quaedam
maiora beneficia conferuntur, quae ideo consistorialia
appellantur.

Ecclesiam suo vi-

Ita ut cito ei eligant Pontificem, ut intrusum forte

in Papatu etiam mediante anathemate excludant, ut
duobus contendentes de Papatu Concilium generale
convocent, quando ipsi contendentes convocare re-
nuunt, et ut grande, vel evidens Ecclesia periculum
leviter disponendo, assentientibus omnibus Cardina-
libus praesentibus, declinare studeant.

Proinde nec recreare Episcopos, nec creatos con-
firmare, nec beneficia conferre, nec alia similia fa-
cere potest, quia Pontificis potestas et iurisdictio in
Cardinalium collegium non transit.

Sed ab antiquis temporibus hoc ius solidatum est
in illis tantum de clero, qui cardinalatus dignitate
fulgent, modo saltem Diaconi sint, vel eligendi facul-
tatem a Pontifice obtinuerint.

Pluribus adhibitis conditionibus et solemnitatibus;
et ut valida sit, saltem duae tertiae Cardinalium
partes in eam consentire debent.

Congregationes a S. Pontifice institutas.

Sunt ordinariae et extraordinariae.

Sunt aliae quae ditionis Romanae respiciunt ne-
gotia; aliae sunt quae negotia totius Ecclesiae respi-
ciunt.

Est quae super librorum prohibitione occupatur.

Super dubiis quae oriuntur circa idem Concilium
agit.

Super omnibus fere negotiis fori ecclesiastici re-
spicit, exceptis iis, quae ad fidem referuntur.

Et cum fiant consulto S. Pontifice vim legis ob-
tinent.

Ita administrant, ut magnam in iisdem exer-
ceant auctoritatem in iis quae disciplinam ecclesia-
sticam morumque correctionem respiciunt.

Iurisditionem episcopalem aut quasi episcopalem
exercere non possunt.

duatam Pastore
Cardinales re-
gunt.

Cardinalium colle-
gium nihil eo-
rum, quae ad
Pontificis pote-
statem et iuris-
dictionem spe-
ctant peragere
valet.

In Ecclesiae pri-
mordiis S. Pon-
tificem clerus
Romanus elige-
bat testimonium
ferente populo.

Electio S. Pontifi-
cis fieri debet in
Conclave.

Cardinales regunt

Congregationes

Congregationes

Congregatio Indi-
cis

Congregatio Con-
cilii Tridentini

Congregatio Epi-
scoporum et Re-
gularium

Decisiones Con-
gregationum ma-
gnam vim ha-
bent.

Cardinales Eccle-
sias quibus ad-
dicti sunt

Cardinales in suis
ecclesiis

De Legatis S. Pontificis.

Nomine Legatorum	Illi intelliguntur S. Pontifices ministri qui in partibus ab Urbe dissitis eius vices agunt.
Legati Nati	Illi sunt, qui legationis munus propriae dignitati adiunctum habent.
Legati Missi, vel Nuntii Apostolici	Sunt illi, qui a Pontifice ad principes mittuntur, quique ad tempus solent officium legationis explere.
Facultates Legatorum qui ad principes mittuntur	A pontificis mandato pendent quod quandoque conceditur cum potestate.

Legati a Latere.

Legati a Latere	Sunt Cardinales qui avulsi quodammodo a latere Pontificis, ab eo ad suas provincias vel ad principes mittuntur, penes quos ipsum Pontificem repraesentant.
Legati a Latere	Apostolicis insigniis utuntur, et per receptas Pontificis Litteras tantam explicant auctoritatem ut ipsis praesentibus, alterius Legati auctoritas cesset.
Solitae Legatorum facultates	Restrictae plurimum a Concilio Tridentino fuerunt.
Tridentinum Concilium Legatis omnibus a Latere vetuit	Ne praetextu quarumcumque facultatum Episcopos in causarum cognitione turbent, aut contra clericos procedant.
Legati Nati iurisdictionem habent perpetuam.	Sed nunc adeo imminutam, ut vix dici possit, eam, praeter honoris praerogativam, adhuc existere.
Legati Missi et Legati a Latere	Ob mortem Pontificis iurisdictionem non amittunt, qui Ordinariis assimilantur.
Auctoritas horum cessat	Morte ipsorum; finito negotio pro quo fuerunt dati; finito tempore ad quod iurisdictione fuerat communicata; revocatione a Pontifice facta; renuntiatione a Pontifice acceptata; et cessat, si provinciam sibi assignatam egrediantur animo in eam non amplius revertendi.

De Patriarchis.

Ac princeps Patrum, et Episcopum refert, qui multis provinciis praeest.	Patriarcha idem sonat
Nempe, Romana et Antiochena in honorem praecipue D. Petri, quas ipse per se fundaverat; et Alexandrina quam per discipulum Marcum fundavit.	Primitus Patriarchales Sedes tantum tres institutae erant.
Primus institutus fuit in honorem imperii; secundus in honorem religionis, ut ubi religionis mysteria consummata fuerunt, ibi maior haberetur dignitatis gradus.	Patriarchatus Constantinopolitanus et Hierosolymitanus instituti fuerunt.
Uti Patriarcha Venetus, et Patriarcha indiarum; sed hi Patriarchae titulares et honorarii, vel potius Primates nuncupandi sunt.	Alii sunt qui nomine Patriarchae appellantur.
Ipsi Metropolitanus ordinabant, appellationes a Metropolitae recipiebant, Episcopos provinciae negligentes ad officium vocabant, graviorum culparum absolutionem sibi reservabant, aliaque plura faciebant quae ad totius provinciae bonum regimen pertinebant.	Plura iura olim Patriarcharum erant.
Iure solus in effectu verus Patriarcha remanere videtur S. Pontifex, qui Romanae Ecclesiae, omnique occidentis Patriarchatum gerit.	Quatuor orientis patriarchales sedes a barbaris nimium infelicitate occupantur.
Ne memoria nobilissimarum Ecclesiarum pereat; sed ita electi, ut plurimum, nequeunt sedium possessionem capere et ita absque iurisdictione remanent Patriarchae titulares.	Romae etiam nunc creantur Orientales Patriarchae ritus latini.

De Primatibus.

Tamen per Pontificis concessionem quidam in ea fuerunt instituti Episcopi, qui orientis Patriarchis proxime responderunt.	Quamquam in Ecclesia occidentali unus sit Patriarcha
Vicarii Apostolici et Legati Nati etiam Primates dicti fuerunt.	Patriarchae occidentis
Ut possent in toto Primatu crucem anteferre et appellationes ab Archiepiscoporum sententiis recipere.	Primatibus inter alia concessum fuit

De Archiepiscopis.

Archiepiscopus, ut nomem indicat Est omnium suae provinciae Episcoporum Princeps.

Archiepiscopus Metropolitae dicitur. Eo quod in urbe provinciae Metropoli Episcopatum gerat, iurisdictionemque exercent in omnes Provinciae Episcopos, qui Suffraganei vocantur.

Archiepiscoporum institutio supra caeteros. Ut sit in provincia, qui dissidentes Episcopos componat, quique spiritum Ecclesiae Capitis in membra diffundat.

Episcopos praelatio Ecclesiae maxime bono congruit. D. Paulus Titum supra omnes Episcopos in insula Cretae creatos et Timotheum supra omnes Asiae Episcopos constituit.

Archiepiscopi. Eodem modo quo Episcopi creantur; sed illis datur Pallium, quod istis sine speciali privilegio non conceditur.

Pallium communiter inspectum Est quoddam vestimenti genus, quo Imperatores utebantur, quod ita dictum videtur, vel a pellibus, quibus est confectum vel ex eo quod palam, id est super alias vestes defertur.

Pallium canonice consideratum Est quoddam Sacrum insigne, quo utuntur Archiepiscopi, aliique Superiores Ecclesiae praesules, ad eorum iurisdictionem exprimendam.

Pallium Sacrum physice consideratum Est fascia lanea candida tres circiter digitos lata, in modum circuli contexta, quae humeros cingit, habetque ab utraque parte lineas in pectus et in humeros impendentes cum sex sericis nigrisque crucibus intextis, tribusque aciculis aureis consuitur et alligatur.

Pallium Sacrum moraliter sumptum definiri potest Ornamentum desumptum ex corpore D. Petri et a S. Pontifice Archiepiscopis datum, designans plenitudinem pastoralis potestatis et archiepiscopalis officii, quo Archiepiscopi certis tantum diebus, et intra Ecclesiam uti possunt.

Pallium desumitur ex corpore D. Petri Quia ad eius altare a S. Pontifice Romae consecratur ut postea Archiepiscopo instantanter, instantius, instantissime, infra tres menses a sua consecratione petenti, tradatur.

Quia per Pallium, ut Doctores aiunt, particula pontificiae potestatis confertur, et Archiepiscopus realiter efficitur.

Convocare Concilium, aut conficere chrisma, aut Basilicas dedicare, aut clericos ordinare, aut alia maioris iurisdictionis vel ordinis facere nequit. Non tamen prohibetur ea, quae ordinis sunt, alteri Episcopo delegare.

Eodem uti nequeunt, nisi in Ecclesia inter Missarum solemnias et certis tantum definitis diebus; quia vocati sunt in partem sollicitudinis, non in plenitudinem potestatis.

Quia assumptus est in plenitudinem potestatis.

Ita ut cui concessum fuit nequeat alteri commo- dari, et extra provinciam deferri, ut si contingat Archiepiscopatum renunciare aut ad aliam Metropolim transferri, sed Archiepiscopus cum suo Pallio vel Palliis sit sepeliendus.

Quae olim multa et magna erant, nunc autem modica et sequentia recensentur. Suffraganeos Episcopos ad Concilium Provinciale quolibet saltem triennio habendum vocare; suffraganeorum dioeceses visitare postquam suam plene lustraverit, et causa visitationis fuerit a Concilio Provinciali cognita et probata. Post huiusmodi visitationem, Crucem ante se defert erectam, benedictionem impertitur, pontificalia facit, aliaque plura exequitur quae visitationem respiciunt; appellationes a suffraganeorum sententiis regulariter recipere; suffraganeos, qui residentiam negligunt, ad residendum compellere; Vicarium Capitularem in Sede suffraganei vacante constituere, si intra octo dies post Episcopi obitum a Capitulo viduatae Sedis vel male, vel nullo modo eligatur; iure devolutionis beneficia conferre; oeconomos in Ecclesiis pastoribus destitutis constituere et ea facere quae a suffraganeis suo tempore non fiunt.

Per Tridentini decretum in quo definitum fuit, causas Episcoporum criminales in Concilio tantum

Pallium designat plenitudinem pastoralis potestatis et archiepiscopalis officii.

Electus ad Archiepiscopatum et confirmatus et consecratus ante Pallii receptionem

Archiepiscopus aliique ius deferendi pallium habentes

S. Pontifex Pallio semper utitur et ubique.

Pallium cohaeret personae et loco

Iura metropolitana in suffraganeos exeroet.

A Tridentino Concilio facultas adempta fuit Ar-

chiepiscopus causas criminales Episcoporum cognoscendi.

Provinciali vel a deputandis per ipsum etiam in prima instantia posse cognosci et terminari. Hoc decretum omnino de civilibus silet.

De Episcopis.

Episcopus nomen est

Quod a graeco fonte cadens a latinis *Inspector* interpretatur.

Episcopus in civilibus Romano-rum legibus significat

Eum qui rebus ad victum quotidianum civitatibus populisque necessariis praeerat.

In ecclesiasticis legibus

Significat Ecclesiae praepositum, ut perspiciat et speculetur populorum infra se positorum mores et vitam.

Episcopus a SS. Canonibus et SS. Patribus variis aliis nominibus designatur.

Dicitur enim Ordinarius, Ecclesiae Pastor, Antistes, Praesul, Pontifex, sacerdotum Princeps, Summus Sacerdos, Apostolorum Successor et Vicarius Christi; nam a Spiritu Sancto positus est ad regendam Ecclesiam Dei sibi a Summo Christi Vicario assignatam in qua plenam et ordinariam exercet potestatem.

Gradus episcopalis quadripartitus est

In Patriarchis, Primatibus, Metropolitibus et Episcopis. Sed ordo unus idemque est in omnibus Sacerdotii plenitudinem continens.

Omnes Episcopi

Parem consequuntur in propria ordinatione potestatem, sed in iurisdictione distinguuntur iuxta allatam partitionem.

Episcopi residentiales

Sunt qui propriam dioecesim habent in qua resident.

Coadiutores Episcopi

Sunt qui a Papa Episcopis infirmis, aut impeditis conceduntur.

Administratores Episcopi

Sunt qui dioecesibus vacantibus praeponuntur.

Episcopi titulares

Sunt qui ordinem habent episcopalem, sed carent iurisdictione, vel quia eorum Ecclesia occupatur ab infidelibus, vel quia episcopatus renunciarunt.

Ex hodierna disciplina Episcopi Titulares

Appellari solent Episcopi Auxiliares, aut etiam improprie suffraganei, quia quandoque dantur in adiu-

torium sive in auxilium Episcoporum residentium, qui nequeunt rite ordinis potestatem exercere.

Sunt qui in provincia Archiepiscopo subiiciuntur

Episcopi Suffraganei

Ut propter vitam et mores sit veluti lucerna lucens; ut propter coelum sit veluti sal terrae corruptionem impediens; ut propter aetatem iam annum trigessimum exegerit; ut propter statum sit in ordine sacro saltem a sex mensibus et Sacrae Theologiae vel iuris Canonici laurea donatus; ut propter defectum vel delictum non sit irregularis, interdictus, suspensus, vel excommunicatus neque plura incompatibilia beneficia absque Pontificis dispensatione possideat.

Ut quis in Episcopatum assumi queat requiritur

Per electionem, confirmationem et consecrationem.

Ex iure ad Episcopatum ascensus patet

Solus Pontifex Episcoporum constitutionem sibi reservat.

Ex regulis Cancellariae

Episcoporum confirmatio a solo S. Pontifice fieri potest qui solet tribus Episcopis electi consecrationem committere.

Iure Sexti Decretalium

Nam constituitur ad regendam Ecclesiam Christi sanguine acquisitam et ad aeternam salutem subditis potentissime procurandam.

Episcopus gravissimum onus subit.

Nempe internam animi familiam negligendi dum externa subditorum curatur.

Gravissimi oneris episcopalis primum periculum.

Peccandi per omissionem priorum munerum, dum vitiorum puniatio displicet et longas molestias affert; unde *nemo sapiens laeto creatur animo*.

Secundum periculum.

In propria Dioecesi residere et levamen non datur nisi ad duos vel tres menses in anno absque gregis detrimento, extra maiores festos dies: Iesu Christi Evangelium populo nunciare per seipsos, si impediti non sint, vel si ita sint impediti, saltem per idoneos viros: sacramenta Confirmationis et Ordinis sollicite ministrare; olea sancta conficere in die Coenae Domini; Missam saltem diebus festis pro populis sibi commissis applicare; curam et defensionem pauperum suscipere; Monialium regimini et clausurae sedulo in-

Praecipua Episcoporum officia sunt: